12

Witkowski et Jeziernicki mutuo Intercisam Roborant. 1327

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren:
sibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Severinus de Ru:
dołtowice Witkowski ab Una et Joannes Carolus Jeziernicki par:
tibus ab altera Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris
Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Com:
petentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysli:
ensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, seum Succes:
soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atq subijciendo palam, libere publice, ac perex:
pressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro in:
teresse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem, Una pars al:
teri, ac posteris Utriusq partes, se ac suos Successores, in et super bonis suis
generaliter omnibus, Summisq pecuniarijs quibusvis habitis et ha
bendis inscribunt et obligant praesentibus, Intercisam certam
inter se Recognoscentes, ratione certarum rerum et Conditionum
in eadem Intercisa Contentarum de actu et data illius hic Prae:
mysliae die hodierna in actu Contenta confectam et conscri:
ptam, manibus sui Recognoscentium proprijs ab Utriusq subscri:
ptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus
punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus ge:
neraliter Universis, firmiter tenere, complere, exequi, ac inviola:
biliter observare, omnibusq et singulis eius Contentis tam in
parte, quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere. Interci:
sam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et
Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Interci:
sam Vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio Summae Quinq
Millium Florenorum Polonicalium per partem parti cum Succes:
soribus Utriusq partis ob non Complanationem Contentorum Inter:
cisae praefatae, omnium et singulorum tam in parte quam in toto
toties quoties opus fuerit, ad Solvendum Succumbendo. Pro
quo quidem Vadio modo praemisso ad Solvendum Succumbito.

ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisæ præfatæ non completa complenda citata existens memorata pars una præmissa non tenens, sive eius posteri ad Instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis, vel illius Successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex hoc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorie, stare comparere, respondere, vadium præfatum luere Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, nova infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quilovem vel aliis quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati Castrensis Capitaneales Præmisliensis Termines dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus fatalis Juris proscriptione Terrestri bello Conventioneque aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiando, nec modo alio quovis evadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Jeziernicki Consorti suæ refor 1327 mat.

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Joannes Carolus Jeziernicki Generosi Pauli Casimiri Jeziernicki cum olim Generosa Marianna Pisarkowna procreatus filius, sanus mente et corpore existens.

a Terris